

Anglō!
DISPUTATIO THEOLOGICA,
EX JOH. XX. v. 31.
DE

FINE SCRIPTURÆ
SACRÆ,

Quam
Deo Auspice & Duce
SUB PRÆSIDIO

VIRI Summè Reverendi, Magnifici, Amplissimi,
Excellentissimiq;

DNI. JOHANNIS

Deutschmann/

S.S. Theol. Doct. & Prof. P. in Alma Leucorea Witten-
bergensi famigeratissimi, Alumnorum Electoralium Ephori
Primarii longè gravissimi Spectatissimi.

DNI. PATRONI, Evergetæ Præceptoris, Benefactorisq;
sui Munificentissimi, usq; ad aras religiosissimè
colendi, suspiciendi & c.

ANDREAS NECKESCH,

Cibiniò Transylvanus,
IN AUDITORIO MAJORI,

Ex aurea B. Lutheri Cathedra

Publice Eruditorum disquisitioni
ventilandam exponet.

ANNO M DC LXXXVII. d. 31. Sept.

WITTEBERGÆ, Typis JOHANNIS WILCKII.

l. diss. A
1, 60

84. A. 161 (60)

Handwritten signatures and marks at the bottom of the page.

DE
EX JOH. XX. 4. p.
DIREKTOR THEODOR

ERNEST SCRIPTURA
SACRAE

Die Natur der Dinge
SUB PRELUDIO

JOHANNIS




Erstausgabe
1774

ANDREAS NEUBERGER

Erstausgabe
1774

1774





IN NOMINE JESU!
DISPUTATIO THEOLOGICÆ BIBLICÆ,
EX JOH. XX. v. 31.

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

Textus Græcus: *Τὰυτα γέγραπται, ἵνα πιστεύατε, ὅτι ὁ Ἰη-
σοῦς Ἰσὺ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν
τοῦ ὀνοματι αὐτοῦ.*

Latinus Vulgatus:

*Hæc scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus, Fi-
lius Dei, & ut credentes Vitam habeatis in nomine ejus.*

B. Lutheri Versio Germanica: Diese sind geschrie-
ben/dasß Ihr glaubet/Jesus sey Christus/der Sohn
Gottes/ und dasß ihr durch den Glauben das Leben
habet in seinen Nahmen.

Explicatio Presentis Oraculi.

Restat, reliquis omnibus hætenus expositis, adhuc ultima
Causa, quoad *Scripturam sacram*, nim. *Causa finalis*. De
hac non modo prolixè verba facere, sed etiam ex pleris-
que locis Verbi DEI, de *scriptura formaliter*, & *verba-
liter* loquentibus, multis differere possemus: sed modo locum
classicum ex *Joh. XX. 31.* ad manus sumimus, & meditationem
de *Scriptura finibus* instituimus. Conf. *Orac. ex II. Tim. III. 15. 16. 17.*

2. Si quis varias de *finibus scripturae* sententias saltem apud
Orthodoxos colligere vellet, prolixam tum *recitationem*, tum
collationem instituere posset: si quis *omnes fines*, in *scriptura* ci-
tatos, adducere, vel in *solo Psal. CXIX.* productos breviter expo-
nere, vel omnes & singulos in ordinem redigere susciperet, ille
prolixum Commentarium conscribere deberet. Nos, alijs dimis-
sis, ad *Oraculum nostrum* respicimus, & *Johannem*, vel potius
Spiritum sanctum, de *finibus scripturae* differentem, audimus.

3. Ut autem, quoad *Oraculum præsens*, de *Existencia Scri-
pturae*

A

pturae

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

ptura sumus hic solliciti, quod videl. in eodem agatur de *Scripturis sacra*, non videtur evidentia verborum admittere, quia prima statim *verba* dubium omne collunt: *Hæc Scripta sunt: & verba postrema vers. præcedentis* idem inferunt, ubi *scripti libri*, vel etiam *objectorum*, in eodem non *scriptorum*, mentionem. Johannes facit: *Multa quidem & alia signa fecit Jesus, in conspectu discipulorum suorum, quæ NON SUNT SCRIPTA in LIBRO hoc: Hæc autem SCRIPTA sunt.* His etenim in verbis non de *scriptis aliis* est sermo, quam de *scripturis divinis, authenticis & Canonicis.*

4. Num autem hoc loco de *Fine Scripturæ sacræ* Johannes verba faciat, illud quæsitum propriè *Objectum præsentis Disputationis* tangeret, sed hoc itidem prolixè excutere nolumus, cū apertissime hic agi de *Fine*, pateat (1) *Ex ipsis finalibus scriptis*, quia *scripta sunt practica*, quæ semper vel suum *finem* manifestis verbis exprimunt, vel implicitis indiciis secum ferunt, cum omne *practicum finem debitum* respiciat, dum *nullum Efficiens agat, nisi propter finem*. Multo magis hoc de *scripturis divinis*, verèq; *salutiferis* dicendum. (2) *ex finalibus notis*, quia certum, quod certæ *finis notæ causæ finalis*, inter quas *UT* non postremo numeratur locus, jam hæc *nota finalis bis* in hoc unico versiculo repetitur: *Hæc scripta sunt, UT credatis, & UT credentes habeatis vitam: si finalis hæc nota* semel introducta fuisset, h. m. *UT credatis, & credentes habeatis vitam*, certe sufficiens illa, quoad utriusq; *finis assertio- nem*, extitisset: jam autem *Evangelista bis* eam repetere voluit, ut eo clarius, eò certiq; eò firmitus, utriusq; *finis veritatem & firmitatem*, vel etiam *causalitatem* stabiliret. (3) *Ex ipsis finalibus obj. ctis, vel causis*, quia non aliæ nisi *causæ finales* hic introducuntur, nim. *fides*, tanquam *intermedius finis*, & *eterna vita*, tanquam *ultimus finis*. Sic igitur de *Scripturæ sacræ finibus* hoc *Oraculum* dicitur intelligendum.

5. Quoad *Essentiam* hujus *Causæ Finalis*, notabimus etiam, juxta ductum *Oraculi*, reliquas causas, & quidem I. *Causam Efficiente*. II. *Causam Materialem*. III. *Causam formalem*, & deniq; IV: *Causam Finale*. De singulis ordine dicemus.

6. I. *Efficiens Causa* subindicatur in verbo *Scripta sunt*, γέγραφα, quod, tanquam *passivum*, suum *activum* prærequirit. & ipsum *agens*, vel *Scribens* aliquod *principium* præsupponit, & sic occurrit (1) *Scriptionis causa principalis*, quæ non est alia, quam *Deus ipse*, quod confirmatur & *argumentis extrinsecis*, aut *generalibus*, (a) quia *Dei Verbum immediatum* est *scriptum*: jam autem sine *Dei nutu*, vel *instinctu*, vel *jussu*, nemo *Dei verbum immediatum* scribere solet, vel audet: quemadmodum sine *voluntate*, vel *mandato Principis*, aut *Regis*, nemo potest intus esse *Secretarius*, vel *diplomata Regia* publice præcipere, aut *literis immediata verba Principis* aliis inscribere: sic multo minus id ratione *DEI*, summi *Regis*, alicui concessum esse poterit. (b) quia πᾶσα γέγραφα ἔστι θεοῦ πνεύματος 2. Tim. III. 16. hæc autem *Jobannis scriptura*, vere *divina scriptura*. (c) quia non unquam ex *humana voluntate* dicitur allata *propheta*, sed *sancti Dei homines locuti sunt* ἡμεῖς τὰ πνεύματι 2. Pet. I. 21. Tum *intrinsecis & specialibus*, quæ nim. offeruntur nobis in præsentî textu, sic cetera *dubium Deus est Principalis Autor scripturæ*. (2) ex *objecto partiali*, quod sunt *facta*, vel *miracula Christi* v 30 *Multa quidem & alia signa fecit Jesus, quæ non sunt scripta in libro hoc, hæc autem scripta sunt*. Jam in bene constituta *Republ* constituuntur, & vocantur *Historici*, qui *facta Regis* autoritate publica, cum primis ex *archivis Civitatis*, vel *Regis* annotare debeant: *Jesus est Rex gratiæ*, vel *regni gratiæ*, quod certe non male, sed bene constitutum *regnum*, unde quoque suos *historicos Jesus* constituit, qui *facta*, vel *miracula* ejus, autoritate *regia* consignarent, inter quos non postremus est *Jobannes*, vel licet *postremus* sit *tempore*, vel *ordine*, tamen ne unquam *postremus* est *rerum pondere*, vel *doctrinarum multitudine*: *Jobannes* igitur est *Historicus* autoritate *divina* constitutus, *potestate divina* munitus. (3) ex *objecto totali*, vel *personali*, quia *scripta sunt hæc*, quod *Jesus sit Christus, Filius DEI*: nam hæc nisi *scripta* forent, ex illis hoc nemo credere posset: non *scriptum* neq; *legitur*, nec ex *lectione* creditur: Hoc autem *objectum totale* testimonium *sufficiens*

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

perhibet, quod autoritate divina scripturæ liber sit consignatus, dum *Jehova Elobim* statim in principio *Mosi* mandavit, ut verba *federis* scriberet *Exod. XXXIV. 17.* *Jesum* autem esse *Christum*, *Dei Filium*, nucleus est *tabularum federis*, sicut ipse *Messias* testatur *Psal. XL. 8.* *Ecce venio*, in volumine libri scriptum est de *Mes*, nim. quod ego sim *Jesus*, quoad officium *Salvatoris*, quod Ego sim *Christus*, quoad *Personam Salvatoris*, quod Ego sim *Filius Dei*, quoad principium & consilium, quia tanquam *Filius & sapientia Dei*, consilium salutis dedi, simulq; *salvationis auxilium* tui. (γ) ex medio individui, quia tantum unicum, ex parte nostri, salutis est medium, vera fides, quam nemo potuit ordinare, hominibus destinare, ad extra manifestare, vel hominibus per convenientia, efficientia, vel sufficientia media firmiter applicare, nisi solus Deus. Hic habemus autem *DEI verbum*, idq; scriptum, quod est principium, medium, & artificium fidei, cum sit *verbum fidei* *Rom X 8* Ex ejus auditu vera fides concipitur, percipitur, possidetur & retinetur v. 17. Solus igitur Deus hic est *Autor scripturæ principalis*, cum hæc scripta sint, ut credamus, fides autem est opus *Dei* *Job. VI 29.* est donum *Dei*, *Eph. II. 8.* quam nec mille *Philosophi* suis rationibus, nec *Oratores* mille, suis persuasionibus in cordibus nostris generare possunt. (δ) ex sine principali, quia credentes habent vitam, nim. eternam: jam solus Deus est *Vita nostra*, *Job. I. 4.* est *vita naturalis*, *Act. XVII. 28* *vita spiritalis*, *Eph. IV 18.* *vita cælestis*, *Job. XVII. 3.* (ε) ex fundamento causali, quod est *Nomen Christi*, *Nomen Dei*, quod est in omnibus *præra & puppis*, α & ω. principium & finis *Apoc. I. 8.* Licet enim hæc verba referantur α & ω ad vitam eternam, & fidem, tamen propterea removenda non sunt à *Scriptura*, quæ suam dependentiam habet à *Nomine DEI* causaliter, sua materialia consequitur ex *nomine Dei*, suam essentiam & existentiam formaliter possidet per *Nomen Dei*, tandem etiam tendit ad *Nomen Dei*, ejusq; gloriam finaliter.

7. (II.) *Scriptionis Causa Ministerialis*, quæ dicitur *Johannes*, *Evangelista* non tantum, sed etiam *Apostolus*, qui h. l. se descri-

scri-

EX JOHAN. XX. v. 31.

scribit, (1) tanquam *Vita Christi*, vel *factorum & Miraculorum* ejus *Historicum* v. 30. *Multa quidem & alia signa fecit Jesus, quae non scripta sunt in libro hoc, haec autem scripta sunt.* Conf. c. XXI. 25. (2) Tanquam *fidei*, vel *doctrinae fidei Didascalum*, quia scripsit haec, ut credamus, quod *Jesus sit Christus, Dei Filius.* (3) Tanquam *aeternae vitae*, vel ejus *Matriculae Protonotarium*, qui nim ad *tabulas publicas regni caelorum* referte, vel in *Matriculam* sua *scriptione* transferre debeat eos, quoniam *aeternae vitae* nunc sunt *Candidati*, sed olim *Cives Hierosolymae caelestis* futuri, nim. vere *Credientes.* Conf. c. XXI. 24. 25. ubi semetipsum describit, tanquam *Jesu Discipulum auritum*, tanquam *testem oculatum*, & tanquam *testem veracem*, omni *fide dignum*, & quavis *exceptione* majorem.

8. (II) *Scriptionis Causam instrumentalem*, quae dicitur ipsum *Verbum Dei* (1) quia *Johannes* inquit: *Haec (verba nim.) scripta sunt, ut credatis.* (2) quia in verbis immediate praecedentibus *libri* fit *mentio*: *libri* vero non nisi per *verba* communiter conscribuntur. (3) quia multis probari posset, quod *scripturae sacrae* cum *Verbo Dei* *συωνόμως* dicatur. (4) quia *scripta* dicuntur, ut credamus: jam autem *verbum Dei fidei Verbum*, Rom. X. 8. (5) quia, juxta *Philosophum* ipsum, & *praxin communem*, *scripturae* sic dicuntur *symbola verborum oris*, sicut *oris verba* dicuntur *symbola conceptuum mentis*, & *conceptus mentis* *symbola rerum*.

9. II Post *Causam Efficientem*, *Causam Materialem* ad manus sumimus, & juxta praefens *Oraculum*, eam exponimus. Facile vero largimur, quod; *differentiae Materiales* hic non exhibeantur explicitae, scrutabimur tamen *scripturas*, annon clara satis earum *indicia* nobis exhibeantur. Quod attinet (1) *Materiam* ex qua, quam *finis* si non includit, tamen certo modo respicit, illa per *numerum pluralem* *ταυτα* nobis insinuatur, adeoque sic urgetur (1) *pronomem γενεον*, vel *relativum*, quod *ταυτα* respiciat omnia *praecedentia*, quae videl. in *Evangelio Johannis* continentur, & tum ad *τα mista*, vel *mysteria fidei*, quae credenda sunt, tum ad *τα*

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

τῶν σημεῖα, vel *Christi miracula*, quorum satis multa per *Johannem* in *Evangelio* referuntur, & ad præsens *Oniculum* reducuntur v. *preced.* 30. & c. *XXI.* 25. tum ad τὰ πρᾶκτα, quæ nobis sunt agenda, quoad πρᾶξις *charitatis*, quæ semper à *Johanne* solet urgeri: tum ad ἐλπίς, vel ad *spemanda*, quæ passim etiam nostræ consolationis ergo prudenter inspergit: sic igitur habemus *materialia*, ex quibus præsens scriptum, imò ex quibus totum hoc scriptum *Johannis* constituitur (2) *pronomem δευτικὸν*, vel *demonstrativum*, quia hæc particula ταῦτα circa dubium *vim δευτικὴν* habet, & ad immediate præcedentia respicit, quæ, sicut ex contextu præcedenti satis luculenter apparet, partim sunt *homologetica*, quando *Thomas* inquit, v. 28 *Dominus meus, & Deus meus*: partim *Didactica*, quia *Christus* regerit: *Quia vidisti me, Thomas, credidisti: Beati, qui non viderunt, & tamen crediderunt*: partim *præctica*, seu *miraculosa* v. 30. Multa quidem & alia signa fecit *Jesus*, in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. (3) *pronomem πληθυντικὸν*, quia *Johannes* loquitur in *plurali* ταῦτα, quæ ratione indicat multa *dati materialia*, quæ *finem* scripturæ respiciunt.

10. (2) *Materia in qua* nobis indicatur, quando particula ταῦτα non inconvenienter ad immediate præcedentia verba refertur, quod hæc scripta sine ἐν τῷ βιβλίῳ ταύτῃ: quæ ratione dicitur, quod subjectum vel sit immediatum, quod est præsens liber, vel *Evangelium Johannis*, in quo hæc, & alia sunt ex dictamine sancti Spiritus annotata: vel *mediatum*, quod est totus *Liber*, vel *integrum Volumen scripturæ sacræ*, cum de similibus idem sit ferendum, & reinendum *judicium*.

11. (3) *Materia circa quam* iterum latet in particula ταῦτα, tum quia ταῦτα scripta sunt; jam quæ scripta sunt, circa illa, tanquam circa *materiam*, scriptio fuit occupata: tum quia reliqua, tam ratione dictorum quam ratione factorum, seu *miraculorum Christi*, quoad *singulares & individuales status*, scripta non sunt: tum quia hæc particula, juxta suam *ampliationem*, cuncta complectitur, quæ tum ad *credenda*, tum ad *facienda*, tum ad
spe-

EX JOHAN. XX. V. II.

spemanda referuntur, adeoq; sicile quilibet videt, quod hæc *indefinita particula* consequenter respiciat ad *omnia scripturae* totius *objecta*, quæ cum primis ratione *Mediatoris Jesu Christi* facilem ad *finem scripturae* viam nobis parant, & suo modo *finem*, tum *immediatum*, nim. ipsam *fidem*, ad *Christum Jesum, DEI Filium* relatam, & applicatam; tum *mediatum*, vel *ultimatum*, nim. *eternam vitam* nobis conciliant, & manifestant, adeoq; non sine causa circa salutarem de *sine* doctrinam hic à Johanne luculenter annotantur.

12. III. *A Causa Materiali* digredimur ad *Causam Formalem*, scripta sunt *ἡ γένηται*, quæ ratione suo modo *formate* designatur, & quidem *formale*, tum *internum*, quod est *Sensus θεοπνεύματος*, (1) quia *sensus*, ut *verborum*, ita quoque *scripturae formae*, eum alias *Johannes* daret vanos hic sine mente sonos, quod nec de *Johanne* Apostolo, nec de *Spiritu sancto, Scriptore primario*, ejus *Johannes* Secretarius & amanuensis fuit, dici vel potest, vel debet. (2) quia sicut in omnibus *verbis scriptis*, vel *dictis*, *forma* dicitur *significatio vocum*: ita, pariter, idem de præcedentibus *dictis & scriptis* hic est dicendum, atq; concedendum. (3) quia *forma* respicit *finem*, cum primis in *prædictis*, & sic etiam hoc loco *Hæc scripta sunt*, & ad *fidem*, & ad *vitam æternam*, referuntur, cum utriq; tam *fidei*, quam *eternæ vitæ*, luculenter hæc *scriptum*, tanquam *medium*, interserviat.

13. Quod autem hæc *forma*, nim. *Scripturae sensus θεοπνεύματος* vera, vel *genuina forma* sit, illud probatur (1) quia dat *effectum fidei*, tum *religiosis*; nam absq; sensu *θεοπνεύματος* *scripturae*, neq; *finis* habet esse, nec reliqua cuncta suum esse consequuntur. *Mens Domini, mens nostra: mentem Domini* si cognoscimus vere difficultates reliquas penetravimus: jam vero *scripturae sensus* dat esse, tum quoad *Dei naturam*, tum quoad *excellentiã*, tum quoad *energiam*; sed illa ne utiqvam hic exponere volumus. (2) quia dat *distingvi*, quia *scriptura sacra* per sensum Dei, vel Christi, I. Cor II. 16. (a) distingvitur ab omnibus verbis Diabolicis. (b) ab omnibus verbis, vel ad inventionibus humanis. (c) ab omnibus

ver-

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

Verbis parabolicis &c. (3) quia dat operari, quoniam scriptum, per hanc promissionem scilicet omnino fit principium & medium omnium operationum, si non formaliter, tamen materialiter.

14. Tum externa, quæ consistit in modo, methodo, scribendi, quia Johannes scripsit (1) θεῖνως, quando quidem non scripsit ex instinctu, vel ausu proprio, sed potius ex impulsu divino II. Pet. I. 21. nec sua verba, nec sua facta, neque Christi facta more profanorum, vel mundanorum *Historicorum*, sed potius more virorum *Γεωργίου*, *Historias & Conciones Christi*, juxta Spiritus sancti dictaturam, tanquam Notarius, & Amanuensis, consignavit (2) καὶ νόμῳ, nim. ut esset medium, seu norma fidei, & vitæ, cum hic ad fidem eamque vivam, & alibi passim ad *charitatem*, homines ducat. (3) ὡς ἔταξε, quia scripsit ad præceptum Domini, sicut patet ex *Apocalypsi*, ubi duodecies scribendi mandatum Johanni repetitum. Et hic loci quoque tale mandatum insinuare videtur, quando dicit: *Hæc scripta sunt, ut credatis, & credentes habeatis vitam in nomine ejus*: nam omnia reliqua verba sunt ex necessitate præcepti, nim. (1) credere, Marc. V. 36. (2) vitam æternam habere Job. XVII. 3. (3) utrumque in nomine Christi obtinere, quia omnia debemus in nomine Christi vel facere, vel obtinere Col. III. 17. *Omnia quæcunque facitis in verbo & opere, in nomine Christi facite*. Sic igitur inde necessario colligitur, quod etiam hæc ex mandato DEI scripta sint, & sic ratione mandati hæc scriptura necessaria: id quod clarius indicat I. Epist. I. 4. *Hæc scribimus vobis, ut gaudium vestrum sit plenum, illam gaudii plenitudinem v. 3. de societate cum Deo, & Filio ejus Jesu Christo exponens, quæ nihil aliud est, quam æterna vita.*

15. Tandem igitur IV. descendimus ad *Causam Finale*, quæ nobis satis plane, satis plene, per Johannem exhibetur, & quidem partim quoad fines explicite notatos, & in verbis allegatos, (1) quoad finem immediatum & subordinatum, quæ dicitur *Vera fides, hæc scripta sunt, ut credatis, quod Jesus est Christus Filius DEI*, dicit Johannes, nobis hunc finem emphaticis verbis exponens, in quo notamus & *Formale*, nim. ut credamus, & *Materialiale*, quod Jesus sit Christus Filius Dei.

16. For-

EX JOHAN XX. 31.

16. *Formale* quod concernit *subordinati finis*, duplex in his verbis *formale* notatur, alterum *signi*, alterum *signati*: *formale signi* luculenter indicatur, per *formalem particulam UT*, quæ citra dubium hic est *characteristica nota cause finalis*, sicut alias talis etiam rectissime dicitur, quod probamus (1) *ἵνα*, quoad *propriam UT conditionem*, quæ dicitur ab omnibus particula *causæ finalis*. (2) *ἵνα πιστεύσῃτε*, quoad *presentem applicationem*, quia juxta prælens *Oraculum finaliter* hic notatur & applicatur, hæc scripta sunt, quare? nim. *UT credamini* (3) *ἵνα*, quia substrata materia necessariò id ipsum exigit, cum certum sit, totius *scripturae finem esse veram fidem*, sicut passim docetur à Theologis in libellis *synopticis, & Systematicis*, quorum testimonia modo producere nolumus.

17. Quod *formale signatum* attinet, ipsa fides, vel *τὸ credere, finis* dicitur, quod per verbum *πιστεύσῃτε* luculenter exprimitur. Quod autem *Fides* h. l. tanquam *scripturae finis* introducatur, illud probatur partim *argumentis textualibus*, & quidem (1) *Ex horum verborum occasione*, quia *Christi post resurrectionem apparitiones* Oraculo nostro dederunt *occasionem*: jam autem omnes illæ *visibiles apparitiones* post resurrectionem factæ sunt propter *Apostolorum fidem*, ut revera *crederent*. Christum à mortuis vivum resurrexisse: si proinde *visibiles apparitiones* in totum factæ sunt propter *fidem*, sequitur etiam, quod *omnia, quæ dicta, vel facta sunt in apparitionibus illis, propter fidem à Christo vel dicta, vel facta sint, & idem de illis quoque dicendum, quæ his annexa fuerunt, quæ nostrum Oraculum*. (2) *Ex Christi, & Evangelistæ verborum connexionem*; Nam cum illustrem de Christo *fidei confessionem* *Thomas incredulus* edidisset v. 28. *Dominus meus, & Deus meus*: & hanc *Fidem* *Christus in Thoma* commendasset v. 29. *Quia vidisti me, Thoma, credidisti: Beati qui non viderunt, & crediderunt*: Statim *Evangelistæ* nosse hanc de *fide* disserendi manifestam *occasionem* arripuit, & nostrum *Oraculum* inter alia proposuit. (3) *Ex aliorum signorum à presenti libro remotione*, quia *Jesus alia signa multa fecisse* perhibetur in

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

conspicuum discipulorum, quæ scripta non sunt in libro hæc: jam autem horum omnium, & singulorum signorum finis fuit discipulorum fides, nim. ut firmiter crederent in Jesum Christum, resuscitatum Salvatorem. Ex hoc firmissimum argumentum deducitur: Si non scripta signa finem hunc habuerunt, ut discipuli crederent, sequitur, quod multo magis scripta signa, vel etiam dicta verba, finem fidei potissimum respexerint. At verum prius ex manifesto contextu: Ergo (4) Ex adversativæ particulae consideratione quia peculiarem hæc adversativæ particula vim, & emphasim habet, quando Johannes dicit: Hæc ALTEM scripta sunt: nam si plenius textum introspicimus, facile non unam oppositionem, quoad hanc adversativam particulam, deprehendimus, nempe (a) oppositionem subjectorum, quod alia subjecta præsentia fuerint, alia non præsentia, vel absentia, illa viderunt Christum, & ejus signa, hæc non viderunt, illa fuerunt Apostoli: hæc præsentis Johannis discipuli, vel etiam omnes futuri Christiani &c. (b) oppositionem objectorum, quia loquitur & de signis hic allegatis, & de multis signis aliis hic non citatis. (c) oppositionem mediolorum, cum alia sint in conspectu discipulorum facta, sed ad spectu solo visa, non autem in præsentis libro consignata, alia verò sint hoc loco consignata, propter fidem eorum, qui neutiquam in apparitionibus Christi præsentis fuerunt. Si proinde priores fidei fructum retulerunt, sequitur, quod hoc multo magis de posterioribus sit dicendum. (5) ex emphatica pronominis usurpatione: nam pronomen τὰυτὰ maximæ dicitur emphaseos, ideoque Johannes eodē valde delectatur, & quidē in hac Scriptionis Canonice causa, quemadmodū patet ex I. Joh. I. 4. c. II. 1. 26. c. V. 13. & quidē in hac Epistola tantū in præsentis materia Canonice scriptionis hoc adhibet: urget autē tanta cum emphasi particulam istam, & quidē δευτερον, ut quilibet eam ad finem, & quidē ad fidem, tanquam ad finem, referat. (6) Ex scriptionis relatione, quia Johannes & hic, & in Epistola prima, quoties de scriptione divina, vel Apostolica, verba facit, & finem mysticum respicit, talem finem introducit, qui vel explicitis verbis fidem, & aut in credere ponit,

nit,

EX JOHANN. XX. 31. 32.

nie, aut ipsam fidem necessario comprehendit. c. XIX 35. Scribit de sanguinis, & aqua fluxu ex aperto Christi latere: *Qui vidit, testimonium vidit hoc scripto perhibuit, & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia verum dicit, UT ET VOS CREDATIS:* hoc loco clarissime pariter idem dicit: *Hæc scripta sunt, UT CREDATIS I Job. I 4. Hæc scribimus vobis, UT gaudium vestrum sit plenum, scil. in vera fide, sine qua nullum verum, nedum plenum ex scriptura nobis contingere potest gaudium. c. II. 1. Hæc scribo vobis, UT non peccetis:* jam autem peccata non nisi per fidem effugimus, & sine fide prorsus impossibile peccatum effugere, imo dicitur etiam impossibile sine fide DEO placere Heb. XI. 6. c. II. 7. non Mandatum novum scribo vobis, Charissim fratres, sed vetus &c. iterum mandatum novum scribo vobis, quod verum est, & in ipso, & in vobis: jam autem hoc mandatum sive vetus, sive novum, non nisi per FIDEM est in nobis, v. 12. Filiolus scribo vobis, quoniam vobis remittuntur peccata propter nomen ejus. Jam non, nisi per FIDEM, remissio peccatorum donatur, & non, nisi per FIDEM, in nomine Christi cuncta consequimur v. 13. Scribo Vobis Patres, quoniam cognovistis eum, nim. per Fidem; vel ipsa cognitio, juxta consuetam scripturæ phraseologiam, vera Fides est. Item: Scribo vobis, Adolescentes, quoniam vicistis Malignum, scil. per fidem, quia Fides est nostræ victoriæ c. V. 4. Idem etiam in v. 14. ter nobis indicatur. v. 26. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos: jam autem sine fide non possumus seductorum artes, & fraudes evitare. c. V. 13. Hæc scribo vobis CREDENTIBUS in Nomen Filii Dei &c. (7) Ex particula finalis explicita positione, vel pramissione, quia particula, vel nota finalis, UT, immediate verbo Credendi, tanquam fini, præmittitur, UT credatis: jam, posita nota, ponitur notatum. (8) Ex finali fidei propositione, quia Fides, vel tò Credere, hic non alio, nisi finali respectu proponitur, cum scriptura sacra sit principium, vel medium fidei, tendens ad fidem, tanquam ad finem: imo si plenius, & penitius Credendi verbum hic intuemur, tum à priori, tum à formali, tum à posteriori, tanquam finale verbum, adducitur: à priori respectu scripu-

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

*re sacra, quæ medium fidei Rom. X. 17. verbum fidei v. 8. Ergo ten-
dit ad finem, quæ dicitur fides: à formali, dicitur UT Credatis,
adeoq; formalitas finis exprimitur: à posteriori pariter ad vitam
æternam collimare dicitur, quæ dicitur ultimus finis: quicquid
autem finem ultimum immediate præcedit, finis intermedius,
attamen verus dicitur: jam fides immediate vitam æternam
præcedit, quia finis fidei salus animarum I. Pet. I. 9. vel æterna vi-
ta. (9) Ex Christi conjunctione, quia Christus simul est a, & w,
principium, & finis Apoc. I. 8. jam autem credere jubemur, quod
Jesus sit Christus Filius Dei, sic fides, & finis Christus unum fiunt,
& sunt, quia fides hæc in Christum B. Luthero dicitur Incarnata
fides. (10) Ex ultimi finis adjectione, quia credentes habemus vi-
tam in nomine ejus: jam quod summo fini conjungitur a *μωω*,
illud revera dicitur intermedius finis: Atqui fides &c.*

18 Partim ex argumentis generalibus, quæ maximo nume-
ro possemus ex universa scriptura colligere, hæc vice saltem ex
singulis librorum classibus, unum, vel alterum adducemus. (1)
Ex Mose: Hic locum classicum producimus Gen XV. 6. *Credidit
Abram Deo (Heb. in Jehovam) & hoc imputatum illi ad justitiam.
Dixerat Jehova v. 1. Noli timere, Abram, Ego sum Protector tuus,
& merces tua magna nimis.* In his verbis *Messias* per *Oraculum*,
hoc notabilissimum *Abramo* se manifestaverat, tanquam omni-
um malorum finem, h. e. universalem in omnibus malis *Protecto-
rem*, & omnium bonorum principium, vel in omnibus bonis *mer-
cedem* copiosissimã, vel tanquam verum *Salvatorem*, quo de plu-
ribus egimus in *Soteriol. Patriarch. pecut. Disput. ex Gen. XV. 1.*
hoc verbũ *justitia*, vel *justificationis* est, consistens in *remissionis
peccatorum*, & *imputate Messie justitie* patefactione, propterea
divinitus *Abramo* propositum, UT *credere*, quemadmodum
Paulus Rom. IV. pluribus exponit: Hoc igitur *Verbum Abram cre-
didit*, & hoc eidem *imputatum ad justitiam*. Sic *Israelite credi-
derunt Domino*, & *Mosi. Exod. XIV. 31.* & passim alibi, *fides Deo,
Verbo, Mosi*, vel aliis *Ministris Dei* tribuitur. (2) Ex *Psalms*: Sta-
tim enim *Psal. II. 12.* dicitur: *Beati omnes, qui confidunt in eo.*
Ps. CV.

EX JOHAN. XX. 31.

Pfal. CV. 12. Crediderunt verbis ejus, & laudaverunt laudem ejus
Pf. CXVI. 10. Credidi, nim. verbo DEI, propter quod locutus sum.
 (3) *Ex Propbetis, Esa. VII. 9. Si non credideritis, non permanebitis*
c. XXIX. 16. Qui crediderit, non festinet. c. XLIII. 10. Vos testes
mei, dicit Dominus, & servus meus, quem elegerunt: UT sciatis, &
CREDATIS *mibi, & intelligatis, quia ego ipse sum: ante me non*
est formatus Deus, & post me non erit. Hinc c. LIII. 1. Propbeta
graviter conqueritur: Quis credidit auditui nostro, & brachium
Domini, cui revelatum est? Job. III. 4. Jonas clamavit, & dixit:
Adbuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur: & statim addi-
tur: Crediderunt Ninivita in Deum, & predicaverunt jejunium,
& vestiti sunt saccis &c. Habac. II. 4. Justus in fide sua vivet. (4)
Ex Evangelistis Matt. IX. 2. Confide fili, remittuntur tibi peccata
tua. v. 22. dicit Jesus hemorrhoeae mulieri: Confide, Filia, fides
tua te salvam fecit: v. 29. dicit caecis: Secundum fidem vestram
fiat vobis &c. Marc. V. 36. Christus dicit Jairo: Noli timere, tan-
tummodo crede. Luc. I. 45. dicit Elisabetha Maria: Beata, quae cre-
didisti: credidit autem Angeli verbo, sicut inquit v. 38. Fiat mi-
hi secundum verbum tuum c. II. 50. Noli timere, dicit & hic
Christus Jairo, crede tantum, & salva erit. In primis autem ex
Johanne, quem modo sub manibus habemus fidei, ceu finis, do-
cumenta notabimus, cum abunde satis in omnibus capitibus
ipse nobis illa suppeditet. Ex singulis capitibus unum vel alte-
rum notabimus Cap. I. 7. dicitur de Johanne Bapt. quod vene-
rit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, UT
omnes crederent per illum. Conf. v. 12 37 seq. 41. seqq. v. 50. seq. Job.
II. 22. refertur de discipulis, vel Apostolis, quod crediderint Scri-
pturae, & sermoni, quem dixit Jesus. III. 12. Si terrena dixi vobis,
& non creditis, quomodo si dixerò vobis caelestia, credetis. c. IV. 34.
de Samaritanis refertur, quod ex illa civitate multi crediderint
in eum propter verbum mulieris: cum autem Jesum audivissent
ipsi v. 41. multo plures crediderunt in eum propter sermonem ejus,
& mulieri dicebant: quia jam non propter tuam loquelam cre-
dimus: ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est vere Salvator
mundi, Christus c. V. 39. ubi rō donec de Fide adhibetur, & ad

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

scripturas refertur v. 46. Si crederetis Moysi, crederetis etiam mihi, de me enim ille scripsit. Conf. v. 47. c. VI. 29. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quæ misit ille. Conf. v. 40 47. cum primis notandus v. 68. 69. ubi Petrus omnium Apostolorum nomine respondet Christo: Domine, ad quem ibimus? verba vita æterna habes: & nos CREDIDIMUS, & cognovimus, quia tu es Christus, Filius Dei vivi. c. VII. 16. Mea doctrina non est mea, sed ejus, quæ misit me; si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit & c. v. 37. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat; Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aqua viva, c. IIX. 30. Hæc illo (Jesu) loquente multi crediderunt in eum. v. 45. Ego autem, quia veritatem dico vobis, non creditis mihi. Conf. v. 46. 51. c. IX. 27. ubi cæcus Phariseus dicit: Dixi vobis jam, & non audistis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli ejus fieri, vel in ipsum credere? Conf. v. 35. 36. 37. 38. c. X. 25. inquit Jesus Judæis: Dixi vobis, & non creditis & c. v. 26. Vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis v. 38. c. XI. 15. Christus inquit Discipulis: Gaudeo propter vos (quod non fuerim apud Lazarum, cum moreretur) ut credatis: v. 25. Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: v. 26. Omnis, qui vivit & credit in me, non morietur in æternum: postea quærit ex Martha: Credis hoc? illa respondit: Utiq; Domine: Ego credidi, quia tu es Christus, Filius Dei, Conf. v. 40. c. XII. v. 11. Multi propter illum (Lazarum) abibant ex Judæis, & credebant in Jesum. Conf. v. 13. 36. 37. seq. v. 41. 44. c. XIII. 19. Amen dico vobis, priusquam fiat; UT, cum factum fuerit, CREDATIS. c. XIV. 1. Credite in Deum, & in me credite. Conf. v. 6. 10. seq. v. 29. Nunc dixi vobis prius, quam fiat, UT, cum factum fuerit, CREDATIS. c. XV. 1. seq. omnia respiciunt fidem, licet explicitè vel nominis fidei, seu verbi credendi, non fiat mentio c. XVI. 9. Spiritus S. arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me. Conf. v. 27. 30. 31. c. XVII. 8. Verba, quæ dedisti mihi (Pater) dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt vere, quia à te exivi. ET CREDIDERUNT, quia tu me misisti. v. 20. Non pro eis (Apostolis) oro tantum,

EX JOHANN. XX. 31.

tum, sed & pro eis, qui CREDITURI sunt per VERBUM corum in me. c. XIIIX. Illustre dicitur Examen Pontificis de discipulis & doctrina v. 19. Conf. v. 20. 21. Item v. 36. 37. c. XIX. 35. Qui vidit (Johannes stans sub cruce v. 26.) testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit. UT & VOS CREDITIS. Conf. 38. 39. ubi duo credentes discipuli, Joseph & Nicodemus, introducuntur c. XX. nostrum oraculum cum aliis, superius allegatis, exhibet: c. XXI. v. 4. 7. 12. &c. clare satis cognitio fiducialis introducitur. Ex Actis Apostolicis, Epistolis, & Apocalypsi plurima possemus producere, sed angustia chartarum id modo prohibet.

19. Hæc sufficient de Formali Fidei, nunc sequitur Materiale, quia credere debemus, quod Jesus sit Christus, Filius Dei: Multa circa præsens materiale monere possemus, sed id ne utiqvã in præfenti non conceditur, breviter saltem indicamus, quod non obscure nobis totum fundamentum Christologias, quali per Definitionem, luculenter exhibeatur (1) quoad definitum, vel subjectum, quod est Jesus, vid. Nazareus, tum temporis notissimus, in primis quia nomen erat proprium, & ipsius circumcisionis. Personã igitur & omnia personæ Mystera nomen hoc complectitur. (2) Quoad conceptum contrahendũ qui dicitur Christus. Unctus nim. & quoad Officium Propheticum, & Sacerdotale, & Regium. Vox igitur Christi notat hic omne Salvatoris Officium. (3) Conceptum contractum, & determinatum, Filius Dei dicitur: ne quis Christũ, vel officialem communem intelligeret, ideo per hanc restrictionem limitabatur, quod sit (a) Christus Dei Luc. IX. 20. (b) Christus Domini Luc. II. 26. (c) Christus, Filius Dei Matt. XXVI. 63. (d) Christus, Filius Dei vivi Matt. XVI. 16. Job. VI. 69. (e) Christus Dei electi Luc. XXIII. 35. &c. Et hæc dum singulari modo Christum ad Salvatorem mundi restringunt, ideo cuncta Salvatoris beneficia nobis luculenter inferre videntur.

20. (II) Finem Mediacum, & Ultimatum, qui dicitur Vita juxta textum, κατ' ἐξοχήν, vel simpliciter, vel ipsam vitam eternam, quæ vere dicitur finis scripturæ summæ, quod paucis saltem juxta textum probabimus (1) ex ultimo scripturæ termino, quia scriptura terminatur hic ultimato per Johannem ad vitam aternam, dum

DE FINE SCRIPTURÆ SACRÆ,

nam hic nullo alio *finis* ulterius allegatur: *hæc scripta sunt, ut ultimo vitam habeatis: ultimo autem scriptura finis est, ad quod eadẽ ultimo tendit.* (2) *quia fides, tanquã adequatus finis intermedius, ad vitam finaliter respicit: jam ad quod respicit adequatus finis intermedius illud citra dubium est finis ultimus: at qui non credere respicit hic ad vitam habere E.* (3) *quia respectu vitæ æternæ fides est medium: cujus medium est finis subordinatus, illud communiter dicitur finis ultimus.* (4) *quia particula finalis UT, huic fini specialiter etiã appropriatur, UT VITAM HABEATIS: jam vel est æterna vita finis intermedius, vel ultimus: tertii generis finis non datur: Non autem est intermedius, quia fides intermedius finis est & dicitur: Ergo manet ultimus.* (5) *quia verbum ipsum scriptum propterea verbum æternæ vitæ nuncupatur, Job. VI. 69. ut ultimo nos ad vitam æternam ducat.* (6) *quia Jesus ipse dicitur æterna vita I. Job. I. 3. (7) quia Johannes hoc verbis egregiis declarat, I. Job V. 11. 12. 13. Conf. w. 20. Consulatur etiã Theol. Bibl. tract. 1. Archontol. p. 204. §. 6. ubi pluribus hoc ex II. Tim. III. 15. demonstratum dedimus.*

21. Partim quoad *fines implicitos*, qui pariter h. l. non negliguntur, sed per *Oraculum nostrum* introducuntur, & sunt *Fines cui*, quia Johannes inquit: *Hæc scripta sunt, ut nim. VOS credatis, & ut VOS credentes habeatis vitam æternam*, sicut hoc cap. XIX. 35. explicite satis indicaverat: *Qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia verum dicit, ut & VOS credatis* Conf. I. Job V. 13 & propterea quoque illud *Scribo VOBIS, Scribimus VOBIS*, tam frequenter repetit I. Job I. & II. Conf. I. d. tract. 1. Arch. p. 196. seqq. Hic apud Johannem *Credentes*, tanquam *Fines*, introducuntur scripturæ, quod multis probari posset (1) *ex diserta introductione*, quia h. l. *credentes*, sub hoc potissimum respectu, quoad scripturam, introducit. (2) *ex scriptorum destinatione*, quia Johannes hæc scripta sua *credentibus* destinavit, hæc scripta sunt, *ut credatis.* (3) *ex objecti applicatione*, quia *Jesus Christus Filius Dei solis credentibus* hic applicatur: jam cui finaliter accommodatur objectum, id citra dubium est *Finis Cui.* (4) *Ex scriptoris & principalis, & Ministerialis intentione*, quia Spiritus sanctus, Scriptor Principalis, & Johannes, Ministerialis, nullis, nisi *credentibus*, hanc suam scripturam finaliter offerre contendunt & intendunt. (5) *Ex finis & minus principalis, & principalis accommodatione*, quia tum *fides*, tanquam finis minus principalis, & *æterna vita*, tanquam finis principalis, non aliis, quam *credentibus*, finaliter accommodantur.

Coll. Des. A. 167. misc. 60